



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Matthaei Tympii Aureum Specvlvm Principvm,
Consiliariorvm Ivdicvm, Consvlvm, Senatorvm, Et Aliorvm
Magistratvum Cvm Ecclesiasticorum tum Politicorum
omnium**

Tympe, Matthäus

Coloniae Agrippinae, 1617

3 Adulterij scelus prohibere & punire.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-52641](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-52641)

libr. 2. de institut. Regis, & Fran. Patr. libr. 4. de Regno. Placet hæc concludere his S. Hierony- Tom. 9.
mi verbis: Beata mens est, quæ perfectè adulatio- epist. 1.
nem vincit, & nec adulatur aliquando, nec adu-
lanti credit; quæ nec decipit alterum, nec ipsa
decipitur; tantumq; hoc malum nec facit aliquã-
do, nec patitur.

SIGNVM III.

ADVLTERII SCELVS GRAVISSI- *Adulteros*
mis pœnis mactare. *punire.*

1. **A**lexander Magnus cum foemina eximia
specie nocte iam concubia venisset cum
eo dormitura, rogauit, cur tam serò ve-
nisset, illa cum respondisset, se expectasse donec
maritus cubitum isset, Rex quasi telo ictus, &
calore omni remisso (facem amouit) mulierem
omisit, & ministros accitos grauitè obiurgauit
quòd aditum dedissent, *reducite*, inquit, *hanc*,
nec adulterijs ansam mihi prabeatis. Cum Philo-
xenus maritimæ rei præfectus ad eum scripsisset:
Esse apud se Theodorum mangonem, eumque
vnales habere duos pueros forma eximia, &c.
Ijs lectis valdè indignatus, & identidem excla-
mans amicos interrogabat: quid Philoxenus in
se tam foedum vidisset, vt tantam maculam sibi
inureret? imò in epistola ad ipsum multis eum
probris scidit, iussitque Theodorum illum cum
mercibus suis in malam rem ablegare.

2. *Dionysius Senior*, cum intellexisset filium, cui
principatum relicurus erat, ingenui viri coniu-
gem adulterasse, iratus interrogauit, an vnquam
tale quidquam in patre comperisset: Hic adolef-
cens:

B

tens: Tu, inquit, non habebas patrem Regem. Ne tu, subiecit pater, Filium Regem habiturus es, in talia perpetrare desinas. Tyrannus in filio dignum exheretatione crimen iudicabat adulterium. Quid fit? Cùm filius patri succederet, haud multo post ob indigna facinora Syracusis pulsus est, tandem ludimagistrum professus pueros in triuio docebat. Fulgofus li. 7. c. 2. Plut.

3. *Balduinus Flandria Comes*, Byzantinus Imp. ne impudico quidem aspectu mulierem intutus est, & bis qualibet hebdomade proclamari iubebat, ne quis in suo palatio cubaret, qui alienam vxorem attigisset. Nicetas.

4. *Antoninus Pius* Imp. æquissimam tulit legem, ne maritus adulterij accusare posset vxorem, si ipse impudicè vixerit, & vxori moribus suis non præbuit exemplum, ita tamen, vt ambo damnentur, si ambos pariter impudicos cõfiteatur ipse conuincerit, vide Vlp. l. 2. de adult. l. miles §. iudex, & ad legem Iuliam de adult. S. Augustinus li. 2. de adult. coniug. c. 8. hanc legem commendat.

5. *Seuerus* Imp. legem tulit de mœchis, & ampliauit legem Iuliam de adulterio, vt non solum nuptæ, sed & sponsæ eidem tenerentur obnoxie, in maritum quoq; crimen non vlciscetem causam prosequendo voluit vlcisci. Vlp. l. 2. §. si publico & l. 13. §. diuus Seu. Dio.

6. *Aurelianus* Imp. militem, qui adulterium cum hospitis vxore commiserat, ita puniuit, vt duarum arborum capita inflecteret, quas ad pedes militis deligaret, easdemq; subito dimitteret, vt scissus ille vtrinq; penderet. Ancillam etiam suam, quæ cum seruo adulterium fecerat, capite puniuit. Vopiscus. Rectè, turpissimum enim est fun-

dum

dum alienum arare, & familiarem (genitale aruum vxoris, vt ait poeta) incultum deserere. Fufius de his signo 27. & par. 2. signo 31. nec non in Theatro historico.

SIGNVM IV.

Splendidi-
res facere
vrbes ad-
ficijs & ar-
tificijs,

AEDIFICIIS NOVIS (NON SVPER-
fluis, sed necessarijs) vrbes (nō rura) exornare, ma-
ximè eas, quæ per se surgere non possunt, conuertē-
do priuatas (nō publicas,) pecunias ad publicū
bonum, & patria ornamentū, nec quæ adifi-
cia publica sumptibus alijs magnis exci-
tarunt intercidere pati.

1. **A**ugustus Caesar urbem inundationibus &
incēdijs obnoxiam adeo excoluit, vt iu-
resit gloriatus $\lambda\theta\lambda\upsilon\epsilon\alpha\mu$ (marmoream) se relin-
quere, quam $\gamma\epsilon\iota\upsilon\epsilon\alpha\mu$ (lateritiam) accepisset. Tu-
tam verò, quantum prouideri humana ratione
potuisset, tiam in posterū præstitit: Hæc enim ma-
teria ædium incendiū concipere facile non po-
tuit. ipse tamen habitauit ædibus modicis, & ne-
que laxitate neq; cultu conspicuis. Sab. li. i. Enn.
7. Suet. c. 72.

2. **Tiberius** Imp. multa restituit in vrbe ædificia
quæ corruerant, nullumq; profus sibi vendi-
cauit, sed eis reddidit nomina eorum, à quibus
ædificari coepta essent. Etiam ab Augusto incho-
ata ad fastigium perduxit, Augustique nomen
ijs inscripsit. Dio li. 57.

B 2

3. Hero-